

Didac. Covarruv. in c. quamvis de pact. in 6. parr. 2. §. 3. n. 6. Add. 174-
dita per Costal. ad d. l. Fachin. 2. controv. c. 61. Mozz. de contract. c. 3.
de mutuo. n. 19. Et Borcholt. in tract. de mutuo. c. 3. n. 53. & tract. de
V. O. c. 1. num. 28. Gometz. variar. resolut. d. lib. 2. c. 6. n. 2. vers. quod
primò extende. Quare privatorum pactis ei renunciari non potest. I. jus pu-
blicum 38. junct. l. si unus, §. pacto. & l. 7. §. si pacifcar. 14. ff. de pact. l. 27.
& l. 45. ff. de R. J. Non enim renunciatio unius alteri nocere debet. At si di-
xerimus, filio renunciandi potestatem esse, nocebit ea patri, l. sed si §. non
solum. 3. ff. d. tit. Dn. Arum. disp. Pandect. 12. th. 6. Diff. Zaf. lib. 2. sin-
gular. respons. 28. Quin tamen multis in casib. cesseret hoc Sctum, puta si fi-
lius studiorum causâ pecuniam sumpserit, vel negotiationis gratiâ mutu-
am acceperit. &c. haud imus inficias.

XIX.

Materia in quâ versatur Mutuum,
*sunt res nostra: (a) Unde si alieni nummi cre-
diti sint, aut servus fugitivus, aut alius con-
tra voluntatem Domini, aut etiam fur cre-
dendi animo, dederint nummos, non fiunt
accipientium, (b) sed his demum consumptis
nascitur condic̄io. (c)*

(a) arg. l. 2. §. 2. & 4. ff. h. c. n. (b) l. 13. in pr. & §. 1. l. 11. §. fin. & ibi
Don. Re enim alienâ non transfertur dominium, & sic deficit substantiale
mutui. d. l. 2. §. 4. & l. quamvis. 2. Cod. si cert. pet. (c) per l. non omnis. 19.
§. si pupillus. ff. si cert. pet. Ratio: Quia scil. ipsorum pecunia cum effectus
ad accipientem tunc pervenisse, & tacita condic̄io consumptionis extitisse
consentur. d. l. non omnis 19. §. ult. ff. dereb. cred. l. rogasti. 11. §. ult. l. 13. in
pr. & §§. duob. seqq. eod. Nisi enim diceremus, iis hoc casu condic̄ionem ex
mutuo acquiri, in lucro debitor, contra equitatis naturalis rationem, ver-
saretur. Quemadmodum in casu solutionis de creditore dicitur, L. Casius
ff. de solut.

XX. Haec te-